



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1847**

CCXCIV. Der Markgraf Otto schenkt dem Bischof von Brandenburg eine jährliche Rente aus dem Dorfe Radewege, am 25. Jan. 1373.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54048)

militibus Nicolao de Bismarke, curie nostre magistro, Ottone Morner, et Johanne de Scapelitz, nostro protonotario cum ceteris pluribus fide dignis. Datum Berlin, anno domini MCCCLXXII. frequenti die post Simonis et Jude, apostolorum beatorum.

Nach einer Copie im Ältern Copiaro.

**CCXCIV.** Der Markgraf Otto schenkt dem Bischof von Brandenburg eine jährliche Rente aus dem Dorfe Radewege, am 25. Jan. 1373.

Noverint universi tenorem presentium inspecturi, quod nos Otto, dei gratia marchio Brandenburgensis, sacri Romani imperii archicamerarius, comes palatinus Rheni et Bavarie dux, reverendo in Christo patri ac domino, domino Thiderico, Brandenburgensis ecclesie episcopo, suisque successoribus dedimus atque donavimus, damus et per presentes sollempni donatione donamus proprietatem sex frustorum in villa Radewede, videlicet unam curiam, quam Henningus Goritz pro nunc colit et inhabitat cum quadraginta duobus modiis siliiginis et totidem ordeï annuorum reddituum liberam et cum omni jure, insuper de curia dicte ville Radewede, quam dictus Perleberg pro nunc colit et inhabitat, dimidium chorum siliiginis et totidem ordeï cum quatuor solidis denariorum Brandenburgensium singulis annis super festo beati Martini episcopi derivandis cum decima carniū et uno pullo fumali, sex denariis de resignatione mansorum; insuper de duobus mansis, quos nunc Gyso de Steinhus, civis antique civitatis nostre Brandenburgensis colit, dimidium chorum siliiginis et totidem ordeï cum quatuor solidis denariorum Brand. pro censu annuorum reddituum super quolibet festo beati Martini predicti derivandis cum decima carniū, uno pullo fumali, sex denariis de resignatione et sex de acceptatione mansorum cum omnibus juribus, gratis, commodis, honoribus, fructibus, utilitatibus, libertatibus ac pertinentiis universis, prout Gyso de Steinhus prefatus hactenus a nobis in pendum habuit et possedit, ita tamen, quod dominus episcopus Brandenburgensis prefatus ac successores ipsius predicta sex frusta in usus pios, videlicet altarium, ecclesiasticarum personarum aut sacrorum locorum convertere poterunt et debebunt, ubicunque eis videbitur expedire absque nostri, heredum sive successorum nostrorum recusatione, renunciantes pro nobis, heredibus ac successoribus nostris omni juri, actioni, impetitioni, quod vel que nobis in prefatis redditibus hactenus competeat, competit seu competere poterit aliquo tempore in futurum. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum, testibus nobili Achim Gans domino in Puthlitz, strenuis Johanne de Rochow, Frederico de Pechwinkel, Ottone Griffe, camere nostre magistro, militibus, Henrico de Schulenburg, Ottone Morner, camere nostre iudice, et Thoma de Brandenburg advocato nostro, cum ceteris pluribus fide dignis. Datum Berlin, anno domini millesimo tricentesimo septuagesimo, die beati Pauli conversionis.

Nach dem Original.